

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Cothmann

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Cothman, S. S.
Theologiae Doctor & Professor. Ad Exequialem Lessum Quem Elegantissimae
Puellulae Margaretae Elisabet von Münsters/ paratum cupid, Moestißima mater
hora media prima in templo Mariano, Omnia ordinum cives Academicos
peramanter invitat**

Rostochii: Kilius, 1641

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770492835>

Druck Freier  Zugang



Cothman, J.,

in

M. E. v. Münster.

Rostock, 1641.

6.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn770492835/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770492835/phys_0003)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn770492835/phys_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770492835/phys_0004)

DFG


PROGRAMMA
QUO
RECTOR
Universitatis Rostochiensis
JOHANNES COTHMAN,
S. S. Theologiæ Doctor &
Professor.
AD
EXEQUIALEM LESSUM
QVEM
ELEGANTISSIMÆ PUELLULÆ
MARGARETÆ
ELISABET von Dünsters/

paratum cupid,
*Mæstissima mater hora media prima in
templo Mariano,*
Omnium ordinum cives Academicos
peramanter invitat.



ROSTOCHI,
Literis NICOLAI KILII, Acad. Typogr.

ANNO M. DC. XLI.



RECTOR
Universitatis Rostochiensis
JOHANNES COTHMAN,
S.S. Theologiæ Doctor
& Professor.

Um universum mundi
contemplamur theatrum res
creatas non unius esse dura-
tionis animadvertisimus , me-
talla rebus animatis certo respectu ignobi-
liora præ cæteris durant , quia enim sunt
corpora perfectè mixta , solida & constan-
te elementorum concretione constantia ,
eapropter diutissimè permanent. In rebus
animatis irrationalibus non parem duratio-
nis invenimus permanentiam. De Elephan-
to (cuius vivam imaginem ante biennium
hîc vidimus) scribunt naturæ indagatores ,
tantam ejus animalis vastissimi licet , vitæ exi-
stere

stere longævitatem, ut quandoq; ducentorum eoq; amplius perhibetur esse annorum. Hinc in annalibus proditum est, Alexandrum Magnum Regem Indicæ Porum debellantem, Elephantum magnitudine cæteros superantem, regemq; jam nominatum Porum peculiariter defendantem cepisse, cui nomen Ajacis indiderit, eumq; gentilium more Soli dedi caverit, cum sententiæ hujus inscriptio- ne: Alexander Jovis filius Ajacem soli. Dictus ille Elephatus elapsis trecentis ac quinquaginta annis, hac cum inscriptione in ventus fuisse perhibetur. De cornicis prodigiosa vivacitate referunt auctores, quod ter tria secula hominis transmittat garrula cornix. Unde Philosophus quidam moriturus, hanc vitæ longævitatem homini à natura denegatam, cornicibus invidisse legitur. Hinc proverbium de vehementer annosis natum: cornicibus vivacior. Cervum quatuor cornicis tempora peragere dicitur. Corvus ab adjuncto colore ater dictus, cervinam ætatem ter præterire affirmatur. Hæc omnia animalia vivacitate sua longè superare creditur, Indica phænix de qua ave ait Poëta:

A 2

Corvi-

Corvinos annos novies agit Indica phænix. Item: Multiplicat novies phænix reparabilis ales. Cum ab irrationalibus ad rationalia transitum facimus, Unum invenimus hominem, cui Deus, utpote ad imaginem suam conditum, non certum præfixit moriendi terminum, sed illum immortalem esse volebat. Ideoq; homo illo statu permanens; aliquandiu temporis Deum conditorem suum clementissimum in hisce terris celebrasset, utq; dum Deo benignissimo ita visum fuisset, tum eundem sine ullo mortis interventu, terreno hoc consortio exemisset. Hanc felicitatem cum generis humani hostis Diabolus Adamo ejusq; posteris invidisset, hominem ad peccatum sollicitavit, atq; sic dicente scriptura, in omnes homines mors pervasit, quatenus omnes peccarunt. Post lapsum ergo Adamiticum constitutum omnibus mori. Quamvis initio cum genus humandum esset plantandum, non nullos longævam vixisse vitam legamus, paulatim tamen terminus communior describitur, & dicuntur setuaginta, vel ad summum octuaginta anni. Verum nec ad illam pleriq; assurgunt ætatem, quotidiè enim, mista senum juvenumq; vi-
demus

demus funera, Ne jam longè abeamus præsen-
tis funeris deducio effati hujus veritatem
comprobat. Nata enim est defuncta nostra
MARGARETA ELISABET von Münsters/
ipso die Jacobi, qui annuatim recurrit 25. Jul.
Anno 1629. civitate Güstrovieni, ob Illustris-
simorum Ducum Megapolitanorum palatiū
quod Residentiam vocant illustri, & ante hac
frequentia hominum, alijsq; rebus ad usum
humanum necessarijs satis instructa, nunc ve-
ri ob belli molem ac pestis calamitatem vin-
dicens Dei experta manum. Patrem habuit
virum consultissimum & Clarissimum Dn.
BERNHARDUM von Münster p.m.J.U.D.
eximum, Consiliarium Megapolitanum, &
cancellariæ Gustrovienis dum vivebat Fis-
calem dignissimum. Mater ipsi fuit **ELISA-**
BETA Haltermans fæmina matronalium
virtutum decore conspicua **A D A M I Hal-**
termans / quondam civis & negotiatoris ap.
Gustrovienes industrij legitima filia. Avus
paternus ipsi extitit **HEINRICH von Münster**
civis hujus urbis primarius ac Sedecemvir ho-
noratissimus, & templi Mariani præfectus
dignissimus, ante quinquennium fermè, ho-
norificè sepultus. Avia Materna fuit **MAR.**

GARETA Suchtinges matrona laudatissima, quæ ante octennium debitum naturæ solvit. Avum Maternum habuit virum paulò antè nominatum ADAMUM Halterman Negotiatorem ejus loci primarium. Avia Naterna fuit ANNNA Hartenburges foemina honoratissima. Hisce prosemnata majoribus ab ipso ætatis primordio naturali quasi ductu, laudatam ingressa est vivendicationem, quam tamen haut parum inopinata mors dulcissimæ matris interturbavit. Cum illa 1633. rebus humanis eximeretur. Sed Deus clementissimus vulnus illud morte desideratissimæ matris infictum, subsequente statim anno consolidavit. Patre enim supra nominato, viro Consultissimo & Clarissimo Dn. BERNHARDO von Münster J. U.D. &c. ad secunda transeunte novercam quidem, si nomen, sin verò affectum ac pensionem spectes, secundam matrem defuncta nostra nacta est. vidua enim honestissima SOPHIA Marstaller / Amplissimi & consultissimi viri D. PROTASII Marstaller / consiliarij Megapolitanifilia, defunctæ nostræ qua nomen noverca, eandem materno amore verè prosecuta est, cuius rei documentum

mentum piâ & honestâ educatione exhibuit.
Quia verò nihil in mundo firmū, nil stabile est,
proinde defuncta nostra primò mortis pro-
dromum & ante ambulonem morbum scili-
cet sensit, quem cum vires adhuc tenellæ pro-
pulsare non possent, tandem 16. hujus, morbo
impetum in eam faciente, hora 5. matutina,
pūpuream animam Deo, qui illam undecim
ante annos, & quod excurrit dederat, reddi-
dit. Atque ita fabulam hujus vitæ, opinione
citius absolvit. Qui proprius illam sanguine
alioq; affectu attingunt, malè cum illa actum
esse cogitant, proinde largis illam sine dubio
prosequuntur lacrymis, sed jam mæsta quies-
ce querela, Lacrymas suspendite matres, nul-
lus sua pignora plangat, mors hæc reparatio
vitæ est melioris, Hanc quam in hoc seculo
ducimus vitam, illa tot aspersa est amaritu-
dinibus, ut verè ab antiquis non vita sed ea-
lamitas dicta sit. Hisce tum amaritudinibus
tum molestijs morte subducta defuncta no-
stra puella, dulcissimum parentem ante an-
num defunctum, quem in vita dilexit, in mor-
te non deseruit. Nos cives Academici, in solati-
um superstitionem, ordini nostro literario
faventium, ultimum defunctæ nostræ præ-
stemus

stemus humanitatis officium, ac funeris processum frequentes exornemus. Quod ut singuli faciatis amice à vobis contendeo. Inter eundum verò & vestræ memores estote mortalitatis, mortemq; vobis inopinantibns appropinquare posse cogitate. Proinde quotidie sic vivete, quasi cras sit moriendum. Atq; sic quotidie moriendo, numquam moriemini. Conventus fiet in æde Mariana ad horam medium primam P. P. Rostoch. 20. Jul.

Sub Sigillo Universitatis An-

no 1641.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn770492835/phys_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770492835/phys_0013)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn770492835/phys_0014](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770492835/phys_0014)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn770492835/phys_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770492835/phys_0015)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn770492835/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770492835/phys_0016)



mentum piâ & honestâ educ
Quia verò nihil in mundo firm
proinde defuncta nostra pri
dromum & ante ambulonem
cet sensit, quem cum vires adh
pulsare non possent, tandem re
impetum in eam faciente, ho
purpleam animam Deo, qui
ante annos, & quod excurrit c
dit. Atque ita fabulam hujus
citius absolvit. Qui proprius i
alioq; affectu attingunt, malè
esse cogitant, proinde largis il
prosequuntur lacrymis, sed ja
ce querela, Lacrymas suspendi
lus sua pignora plangat, more
vitæ est melioris, Hanc quam
ducimus vitam, illa tot asper
dinibus, ut verè ab antiquis ri
lamitas dicta sit. Hisce tum a
tum molestijs morte subduct
stra puella, dulcissimum pare
num defunctum, quem in vita
te non deseruit. Nos cives Aca
tium superstitum, ordini n
faventium, ultimum defund




Image Engineering Scan Reference Chart TE63 Serial No. [redacted]